

Johann Ernst Schaper

**Johannes Ernestus Schaper, Serenissimi Ducis Mecklenburgensium Regentis  
Consiliarius ... Hodie Academiae Rostochiensis Rector, Instans Post Qvatriiduum  
Jubilæum Evangelico-Lutheranum Idqve Secundum Simul Et Orationem Ad Id  
Ipsam Præparatoriam Theologi, De Genuina Jesu Christi Ecclesia  
Excellentissime Meriti, Dn. Alberti Joachimi De Krakevitz, S.S. Theol. Doct. Et  
Prof. ... indicit Nec Non Ad Eandem D. XXIX. Octobr. ... Invitat**


Rostochi[i]: Typis Joh. Weplingi[i], [1717?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100603739X>

**Abstract:** Feier der Universität Rostock zum 200. Jahrestages der Reformation.

Druck Freier  Zugang






Bibl.  
Schol. Gustrov.

1836.

~~Mk 310.~~

Mk - 7775.





**JOHANNES ERNESTUS  
SCHAPER,**

SERENISSIMI DUCIS MECKLENBURGENSIUM  
REGENTIS CONSILIARIUS REGIMINIS INTIMUS ET ARCHIATER,  
MED. DOCT. EJUSQUE PROF. DUC. PUBL. PRIMAR. ET ORD.  
TOTIUS UNIVERSITATIS, COLLEGII DUCALIS,  
ET FACULT. SUÆ SENIOR.

HODIE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS RECTOR,

*INSTANS POST QUATRIDUUM*

**JUBILÆUM EVAN-  
GELICO-LUTHE-**

**RANUM IDQUE SE-  
CUNDUM**

*SIMUL ET*

ORATIONEM AD ID IPSUM PRÆPARATORIAM  
THEOLOGI, DE GENUINA JESU CHRISTI  
ECCLÆSIA EXCELLENTISSIME MERITI.

**DN. ALBERTI JOACHIMI  
DE KRAKEVITZ,**

S.S. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL. DUC. PRIM.  
ET ORD. FACULT. THEOL. SEN. CONSIST. DUC. CONSIL.  
ET DISTRICT. MECKLENB. SUPERINT.

*Programmate hoc Academico publice solemniterq; indicit*

*NEC NON AD EANDEM*

D. XXIX. OCTOBR. IN AUDITORIO MAXIMO AUDIENDAM  
ILLUSTRUM COLLEGIORUM DUCALIUM PRO-  
CERES, UTRIUSQUE MAGISTRATUS PRIMORES, OMNIUM FA-  
CULTATUM DOCTORES, VERBI DIVINI MINISTROS, PHILO.

SOPHIÆ MAGISTROS, UNA CUM LECTISSIMA  
STUDIOSORUM CORONA,

EA, QVA FAS EST, HUMANITATE, MUTUORUMQUE STUDIORUM  
DICATA OFFICIOSITATE, CONVOCAT PARITER AC INVITAT.

ROSTOCH, Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC. & UNIV. Typogr.

7.



## Aria sunt & occurrunt in vastissi-

mo illo de JUBILÆIS argumento, momentorum genera, quæ Selectissimi pariter ac Optimi de iisdem Scriptores, vel in peculiaribus, quæ de iisdem publicarunt, monumentis, integra quadam opera expenderunt & ex fontibus debitis deduxerunt, vel data tantum occasione, in cognatis cum hoc argumento typisque impressis meditationibus & operibus, aliqua ex ratione attigerunt & notabili quodam ex Capite commonuerunt; quibus omnibus & singulis, pro eo, quod mihi adhuc incumbit, Rectoratus Academici officio, negotioque in eodem impræsentiarum expediendo, sub pensitationem meam, diversamque ejusdem distractionem mihi obversantibus, ex numerosa illorum & ardua copia illud ipsum elegi, quod ad tempus, in quo vivimus per Dei gratiam, Jubilæum, appositum mihi visum, Actuique illi, qui hodie insinuandus, Academico, accommodum, adeoque indicaturus nunc JUBILÆUM LUTHERANO. EVANGELICUM idq; SECUNDUM, nec non SOLEMNITATEM quandam circa idem illud PRÆPARATORIAM, hoc solummodo, præfaminis instar, paucis evolvere mecum constitui, illustramentum, quod Originem & successione[m] Jubilæorum quorumvis Ecclesiasticorum, proxime etiam instantis, præcipuis ex circumstantiis aliquatenus designat. Primum, à quo reliqua originem suam ducunt, & indubitata plane ratione successione[m] suam repetunt, Jubilæum, in Ecclesia V. T. vixit Judaica, JUBILÆUM nempe MOSAICUM, LEGALE & TYPICUM, Levitici Capite vigesimo quinto commate octavo & seq. à Summo Legislatore, populo sibi dicato, certis sub ceremoniis, præscriptum, anno quovis recurrente quinquagesimo, ejusdemque mense septimo, Tisri appellato, dieque ejusdem decimo, sancta debitaque cum devotione susceptum, sonoro graviter Tubæ seu Buccinæ clangore, statâ isto tempore solemnitate, omnibus habitatoribus terræ Israeliticæ promulgatum, omnium horum & singulorum ordinationem illam & recreationem Divinam rite agnoscentium largissimo gaudio undiqvaque refertum, tum Creditorum in pristinam cum Debitoribus amicitiam graviter compositorum, tum bonorum, pristinis, ad quos spectant, Dominis & Possessoribus integre restitutorum, tum Servorum Judaicorum, pristinam in libertatem suaviter vindicatorum. Juribus & Privilegiis eximiis magnifice conspicuum, adeoque futuræ completo tempore per Salvatorem Mundi *ὁσάνθρωπον*, DEI, tanquam Creditoris, cum Hominibus, tanquam Debitoribus, reconciliationis perpetuæ, Bonorum Spiritualium per peccata amissorum restitutionis perfectæ, & e captivitate Satanæ in libertatem Filiorum DEI vindicationis gratiosæ æque ac gloriosæ, Typica ratione ponderosè instructum. Successit memorato jam tempore completo in locum Jubilæi hujus V. T. Typici Judaici & Legalis, JUBILÆUM N. T. ANTITYPICUM, CHRISTIANUM & EVANGELICUM, ab Evangelista V. T. Etiaia Propheta, Capite Sexagesimo primo commate primo & seq. divinissime prædictum, per omne omnino, quousque durabit, N. T. temporis spatium, valore suo & vigore maxime floridum, à DEO Patre, universali sua gratia, quantum quidem in se est, in Christo Jesu Filio suo unigenito, omnibus Hominibus liberalissime præparatum, à DEO Filio, Homine factò, universali suo merito, quantum quidem in se est, omnibus Hominibus, immenso in genus humanum amore gratiosissime comparatum, à Deo Spiritu Sancto, universali suo motu & ductu,

ductu, quantum quidem in se est, omnibus Hominibus, per media in Verbo Sacramentis & Fide sanctificantia, efficacissime collatum & obsignatum, redemptione ab Hostibus Spiritualibus æterna, remissione peccatorum gratuita, imputatione Meriti Christi salutifera, illuminatione mentis effulgida, mutatione voluntatis integra & recta, Sanctitate fidei & vitæ inculcata, perseverantiaque in eadem ad finem usque vitæ fideli, præcipuis ex momentis quo ad essentiam suam ac formam ornatissime compositum. Intercepit in Seculis adhuc incultis & in Theologia æque ac in Scientiis reliquis gravissimum in modum corruptis, Jubilæum hoc vere Christianorum in N. T. Mysticum, aliud quoddam JUBILÆUM ECCLESIAE ROMANO - CATHOLICÆ PER OMNIA NON LEGITIMUM, tam quoad dogmata fidei, quam quoad morum fundamenta, & ab ipsis jamdudum Domesticis Veritatis Confessoribus & Testibus & à Consummatis Ecclesiæ Orthodoxæ Theologis, luculentissime, integris etiam scriptis, declaratum, à Pontifice Romano, Bonifacio VIII. prima vice institutum, & ad centesimum quemvis annum, numero satis amplo, determinatum, à Clemente VII. vero ad quinquagesimum quemvis annum, ab Urbano VIII. ad trigessimum quemvis & tertium, & à Paulo II. & Sixto IV. ad annum quemvis vigesimum & quintum, imminuto valde numero reductum, pomposis admodum varii generis, quas strictæ hæ non capiunt lineæ, solemnitatibus, in Ceremoniali Romano ex instituto descriptis, per integrum, quo continuandum est, anni spatium, extantior quadam ratione condecoratum, omnibusque non tantum Romæ viventibus, vel eo tantum tempore ibidem præsentibus, sed quamplurimis omnium dignitatum & ordinum absentibus, cum plenissima peccatorum omnium aliorumque errantium indulgentia, ex Thesauris Satisfactionis Christi & Sanctorum, liberali quadam promittuntur & gratia communicantur. Jubilæum hoc Ecclesiæ Romano - Catholicæ per omnia non legitimum, JUBILÆUM excepit TANQVAM PER OMNIA LEGITIMUM & agnitum & prædicatum ab ipsismet ex parte Adversariis, longiori adhuc secularis temporis, antequam enatum est, spatio, & omni fere illo, posteaquam enatum est, temporis curriculo, & quidem Seculo, ob restauratam feliciter & Theologiæ S. Sanctioris scientiæ & reliquarum omnis generis scientiarum genuinam faciem celebri perquam & florido, decimo scilicet & septimo post Christum natum ejusdemque anno decimo & septimo, AB universa istius temporis ECCLESIA, eaque LUTHERANO - EVANGELICA, maxima cum lætitia, maximaque cum festivitate, eum unice in finem ADORNATUM, ut debitum & pro cœlitus suppeditatis viribus validum in modum celebraret Divinum illud, plane singulare, & nunquam satis admirandum aut venerandum beneficium, quod Organum suum excitaverit selectissimum, *D. Martinum Lutherum*, qui integro abhinc Seculo Anno scilicet M. D. XVII. d. 31. Octobr. & tempore subsequenti, occasione Tezelianarum P. R. Leonis X. Indulgentiarum, in Saxonia intolerabili quadam ratione promulgatarum, plenario paulatim Verbi Divini collustratus lumine, nunquam intermorituram Veritatem Cœlestem, profundissimis hætenus tenebris immerfam & erroribus longe gravissimis totam fere contaminatam, e tenebris illis caliginosissimis ad splendidissimam reduxerit lucem pariter ac eminentiam, à corruptelis illis longe difficillimis purissimum in modum repurgaverit, sicque pristinae omnino dignitati, pristinae utilitati, pristinae conditioni & pristinae floriditati




tati exoptatissimum in modum restituerit. Ad hujus igitur Jubilæi & Se-  
 cularis & alterius, quod ob restauratum opera *D. Martini Lutheri* Religionis  
 Christianæ nitorem universa proxime iterum comparabit Ecclesia Luthera-  
 no - Evangelica, quodque Academia Mecklenburgicæ ex præscripto ac Mandato  
**SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,**  
**DN. CAROLI LEOPOLDI,**  
 Ducis Terrarum Mecklenburgicarum Regnan-  
 tis, Principis Vandaliaë, Sverini ac Racebur-  
 gi, Comitis item Sverinensis, Terrarum  
 Rostochii & Stargardiaë Dynastæ, Acade-  
 miæ hujus Patroni atqve Cancellarii Magni-  
 ficentissimi, Domini nostri longe Clementissimi,  
 Sacrum erit quamprimum atque religiosum, condignam per omnia &  
 maxime festivam celebrationem, quoscunque Academia Mecklenburgi-  
 cæ Literatos excitare allaborabit, insimul legitimum celebrandi hujus ge-  
 neris Jubilæi Motivum, nec non verum ac debitum ejusdem Genium &  
 Modum, *ORATIONE* quadam *PRÆPARATORIA*, eaque concinna plane & soli-  
 da, uberius perendie & accuratius explanabit, Generosissimus ac Summe  
 Reverendus **DN. ALBERTUS JOACHIMUS DE KRAKEVITZ**, S. S.  
 Theol. Doct. atque Profess. Publ. Duc. Prim. & Ord. longe Celeberrimus,  
 Facult. Theol. Senior, Consist. Ducal. Consiliarius Gravissimus, District.  
 Mecklenb. Superintendens Vigilantissimus, Fautor meus Collega & Amicus  
 Honoratissimus, Desideratissimus. Quod ut commoda quadam, expediatur,  
 felici, debita, & exoptata ratione, **ILLUSTRIUM COLLEGIORUM DU-**  
**CALIAM PROCERES, UTRIUUSQUE MAGISTRATUS PRIMORES**  
**AC CIVES, OMNESQUE ERUDITOS ET LITERARUM FAUTO-**  
**RES**, per quam humaniter & officiosè peto rogitò & obsecro, ut perendino  
 die, horaque ex matutinis nona completa, Actum hunc ad Ecclesiasticum  
 Jubilæum præparatorium, frequenti sua, in Auditorio Maximo, & splendi-  
 da præsentia, prolixissime condecorent atque obsignent, disferentem graviter  
 Theologum hunc Excellentissimum, & Oratorem Difertissimum, benignissi-  
 mum in modum auscultent, precibusque ejusdem ardentissimis, preces quo-  
 que suas conjungant, easque devotissimas, ut **DEUS** Ter Optimus Maximus  
 instauratæ per Beatum Lutherum Religionis vere Christianæ & repurgatæ  
 per eundem Doctrinæ Evangelicæ singulare & inæstimabile beneficium, per-  
 petuum nobis esse sinat & intemeratum, atque omnes nos & singulos in Veri-  
 tate sua Cœlesti ita Clementissime obfirmet, ut hic bene præparati coram eo  
 subsistamus in Jubilæo Gratiaë, & cum Servis aliquando probe præparatis  
 ad æterna introeamus Jubilæi Cœlestis tabernacula, Jubi-  
 loque ibidem Beatissimorum Cœlitum in per-  
 petuum triumphemus.


**P.P. Sub Sigillo Universitatis Rostochiensis**  
*Jubilæis dedicato d. XXVII. Octobr.*  
*Anno MDCCXXVII.*

Jo-  
del-  
en?


en


ms  
ude  
ach.  
ha-  
nei.  
Ju-  
ret/  
ar-  
teln  
an  
vie-  
dein  
den/  
Ro-  
und  
gen  
je-  
iner  
gen/  
det:  
set-  
ste  
ing  
ben  
uch  
reib  
Ge-  
dem  
n











Als  
An dem  
Erfreulichem Fe  
Des  
JUBILAEI  
LUTHERANI

Welches  
Zum Zwentennahl gefeyr  
wurde/

Der  
Decanus Facultatis Medicæ  
D. GEORGIUS  
THARDING,

Zur mehrerer Celebrirung ein  
SOLENNE ORATI

Den III. Novembr. Anno MDCCXVII.  
Im grossen AUDITORIO hielt

Ward  
Zur Vermehrung der Freude  
ARIE

Vor / zwischen und nach gehaltenen / Rede  
abgesungen.

ROSDORF /  
Gedruckt bey Niclas Schwiegerau / E. E. Nahts Buchdrucker.

21.

